

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

31. Avthorum Catalogi

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

## 31. AVTHORVM CATALOGI.

*A.* Voties obstupui ad tantę eruditionis māre, cūm unum sāpē libellum ex mille probatissimis autoribus collectum reperi? *B.* Quam mihi narras fabulam? *A.* Cave fabulam dicas. En tibi librūm, cuius aliquot folia Autorum catalogus occupat, qui eruditionem suam veluti tributariam contulerunt. *B.* Quid tibi videtur, nonne ingentis laboris est, vel titulos solum tantę Bibliothecæ inspexisse? *A.* Vere, itaque apes mihi videntur tam indefessa & sagacissima ingenia, quæ flores hinc īde mille millenos depascunt, ut quod est vbique mellitissimum exsugant. *B.* Itane puer es, ut hanc rem ignoreas? *A.* Quam ergo? *B.* Imposturam esse, atque adeo impudentissimam. *A.* Tu impostores dices, homines stilo promptos, voluminibus conspicuos? *B.* At ego aio tibi plāerosq; autorum nec lectos, nec habitos, nec visos, nec videntos fortasse, illis tuis Catalogistis; reliquos obiter excussoſ & deprædatos potius quam exsuctos. *A.* Male sit tibi, si iniuriam feceris. *B.* Nisi tibi mōſtrauero aper-tissima autorum spolia, tum manifestissimas suturas, & stylum ad ruborem usque imitabilem, nunquam mihi posthac fidem habebis. *A.* Quis delicatus nova ſemper exigat, & inventiones recentes imponat, ſatis ſit veterū eruditione methodicè, diuīcide, convenienter & compendioſe uti, quod video nouis libellis & disquiri ſolice, & exhiberi feliciter. *B.* Vere contractam nobis eruditionem, & nucis cortici includendam faciunt

M  
TALOGI. CATALOGI. 57

ciunt libelli illi : nam bis nobis uno dolo impo-  
nitur, & quod eos ab universali aliqua eruditio-  
ne profectos, & quod ad eandem iter nobis ac-  
fores patefacere frustra credimus Nam ut ex in-  
dicibus librorum tumu tuarie collecti, vel alicu-  
bi neglectim transcripti sunt, ita superficiaria  
aliqua balbutie nos implent, quæ nullius rei sci-  
entiam impetrat solidam aut usum. A. Nempe,  
cum brevis vita sit, ars longa, nunquā eam possi-  
debimus nisi abbreviatam. B. Nūquam equidem  
ingeniose abbreviatam tibi dabunt, sed velut ē  
magnō dolio minuta multa replentur, ita ma-  
gna eruditioṇis prisca volumina in libellos mi-  
nutos disinduntur, laceranturque. A. Si ita sit,  
quos Chymicos credidi, trāſfūores modō sunt.  
B. Ego prādones dixerim, qui viatores passim  
omnes spoliant, nam ut polymathes & polyhi-  
stores dicantur, in omnem togatam, armaram,  
solutam, ligatam, exoticam, & misticam erudi-  
tionem iriunt. A. Venit mihi in mentem P.A.  
retinus, qui omnibus omnino hominibus male-  
dixit uno Christo excepto, quod non nosse se  
cum diceret.

*an Luther am sint*  
32. H A E R E T I C I , ita pronati  
a Pontiff.

A. Q Vx hæc naturæ iniquitas est. mendacium  
fœcundum esse, veritatem sterile? B. Quid  
stomacharis? A. Sectis irascor, quæ ex uno stipi-  
te numerosè propullulant. B. Fortasse tot sectas  
credis, quot vulgo jatantur odiosa nomina? A.  
Certe: nam vix natum est ambitiosum ingeniu-  
m quod erroris sequelam & sectatores non affecta-

C 5 tit.